mc ccxxxi / I / mt cccLii / Lcccxxxvi / Io ccviiii Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumen
tum orto iam sole. & dicebant ad inuicem. quis reuoluit
nobis lapidem ab ostio monumenti. & respicientes.
uiderunt reuolutum lapidem. erat quippe magnus
ualde. & introeuntes in monumentum. uiderunt
iuuenem sedentem in dextris coopertum stola
candida. & obstipuerunt.

mc ccxxxii / II / mt cccLiii / Lcccxxxvii Qui dicit illis. nolite expauescere. ihm quaeritis naza
renum crucifixum. surrexit. non est hic. ecce locus
ubi posuerunt eum. sed ite dicite discipulis eius & pe
tro. quia praecedit uos in galilaeam. ibi eum uide
bitis. sicut dixit uobis.

mc ccxxxiii / II / mt cccLiiii / Lcccxxxviii At illae exeuntes fugerunt de monumento. inuaserat
enim eos tremor & pauor. & nemini quicquam dixer(unt)
timebant enim. Surgens aut(em) mane prima sabbati. ap
paruit primo mariae magdalenae. de qua eiecerat
septem daemonia. illa uadens. nuntiauit his qui cu(m)
eo fuerant lugentibus & flentibus. & illi audientes
quia uiueret & uisus esset ab ea non crediderunt.
Post haec autem duob(us) ex eis ambulantibus. ostensus
est in alia effigie euntibus in uillam. & illi euntes
✠ nuntiauerunt ceteris. nec illi crediderunt.

mc ccxxxiiii / X / Sol Nouissime ✝ recumbentibus illis undecim apparuit
& exprobrauit incredulitatem illorum & duritia(m)

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Stadt Nürnberg - Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stbn_centVapp43b/0203